

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1232

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

nensibus ^a salutem et apostolicam benedictionem. ex parte tua, frater episcope, fuit propositum ^b coram nobis, quod ^c abbatissa et moniales monasterii sancti Stephani Argentinensis, jugo regularis observantie a se prorsus abjecto, vitam ducunt adeo dissolutam, quod nulla in eis penitus religionis vestigia remanserunt. nec speratur etiam, ut eedem tanquam terra in fasiliginem versa, quantumcunque ⁵ culture adhibita fuerit, diligentia possint ad ferendum fructus debitos emolliri, quia, quamvis tam tu quam predecessores tui eas monueritis et correxeritis diligenter, ipse tamen non solum se nulla penitudine correxerunt, verum etiam adjicientes peccata peccatis pejora prioribus committere non formidant. quare [de] ^d ipsarum salute sollicitus supplicasti, ut super hiis providere salubriter dignaremur. de nostra ¹⁰ igitur circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, ordinem Cisterciensium in ipsum monasterium inducatis vel ipsas victuras de cetero juxta modum monialium sancti Sixti de Urbe faciatis recludi et, nisi predictae abbatissa et moniales a vobis monite diligenter infra competentem terminum eis prefixendum a vobis alterum predictorum ¹⁵ duxerunt faciendum, vos extunc, ^e ipsis exinde amotis, eas in locis aliis sui ordinis collocetis ordinaturi de monasterio supradicto auctoritate nostra, prout superius est expressum, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu ^f frater episcope cum eorum altero ea nichilominus exequaris. datum Reate ^g 4 nonas aprilis, ²⁰ pontificatus nostri anno sexto.

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 3466 aus einem Papier-Copialbuch des Straßburger Domcapitels von 503 Blättern, fol. 147^b, in der Schrift des 17ten Jahrh.

223. In einer Urkunde des Grafen Heinrich von Werd für die Straßburger ²⁵ Kirche unter den Zeugen: B[ertholdo] de Ohsenstein decano ¹, F[riderico] de Entringen cantore, C[onrado] de Wolvahe archidiacono, H[ermann] de Erenberc portario Argentinensi, L[udewico] de Liechtenberc ², — A[lberto] Begerone. — acta sunt hec anno ab incarnatione domini 1232, 2 idus maji. 1232 Mai 14.

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 47 or. mb. c. sig. pend. delapso. ³⁰

Gedruckt darnach bei Laguille pr. p. 35; Grandidier Oeuvr. inéd. III, 324 nr. 327.

a) S Argentinensis. b) S prepositam. c) S add. de. d) S om. de. e) S extime. f) S et. g) S Beüt.

¹ 1232 März 26 (7 kalendas aprilis in choro Argentinensi) fällt der Domdecan Berthold ein Schiedsurtheil in einem Streit zwischen dem Kloster Eschau und dem Pfarrer von Willstett. Dabei ³⁵ erwähnt er magistrum Henricum de Lutembach concanonicum. Cfr. Grandidier Oeuvr. inéd. III, 322 nr. 323.

² Derselbe ist auch Zeuge in einer Urkunde des Herzogs Matthäus II von Lothringen für die Straßburger Kirche, 1232 April 1 (feria 5 ante ramos palmarum). Straßb. Bez.-A. G fasc. 919 or. mb. c. sig. pend. delapso, gedruckt bei Schöpflin Als. dipl. I, 367 nr. 464. Vergl. die Gegenurkunde Bischof Bertholds unter demselben Datum, gedruckt bei Cabnet Hist. de Lorraine II¹, 446.

229. Pabst Gregorius IX bestätigt dem St. Katherinenkloster zu Straßburg seinen gesammten Besitz. 1232 Juli 7 Spoleto.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus . . priorisse et sororibus monasterii sancte Katerine Argentinensis ordinis sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. eapropter dilecte in Christo filie, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. specialiter autem terras, possessiones, redditus ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Spoleti nonis julii, pontificatus nostri anno sexto.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 2 or. mb. c. bulla pend. Auf der Rückseite wohl von gleicher Hand Fridericus.

230. Pabst Gregor IX beauftragt die Straßburger Dominikaner durch Wanderprediger, denen er Vollmacht erteilt und Ablass verheißt, gegen die Ketzerei in Deutschland zu wirken. 1232 December [2] Anagni.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . priori et conventui fratrum ordinis predicatorum Argentinensium salutem et apostolicam benedictionem. ille humani generis pervicax inimicus omnium malorum incentor, quem de supremis ad ima superbia sua prostravit, non contentus, quod sue fraudis nequitia hominem produxit ad casum erumpnis et miseriis applicandum, callide eum nititur pestiferis retibus irretire, astute sibi parans insidias, ne resurgat locum, a quo ceciderat, obtenturus. novissime autem diebus istis fidem nisus perfidia depravare per ministros suos iniquitatis operarios venena sparsit mortifera seditiose considerans, quod familiaris hostis sit efficax ad nocendum, qui quasi dulcia premitentes cauda pungunt ut scorpio, in aureo tandem calice Babilonis virus pestilentie infusuri. licet enim heretici hactenus diutius latitantes sicut cancer serperent in occulto et velut vulpes latenter niterentur vineam domini Sabaoth demoliri, jam tamen peccatis exigentibus in aperto quasi equi parati ad prelium presumunt manifeste insurgere contra eam in quibusdam locis publice predicando, querentes in cibum simplices et in predam edoctos ac illaqueare nichilominus ^a fideles quoslibet

a) *T nichominus.*

suis circumventionibus cupientes, facti magistri erroris, qui nunquam fuerunt discipuli veritatis. unde expedit, ut insurgatur viriliter contra eos, ut eorum omnino heresi confutata per totum vigeat fides Christi, nam corona sequetur premii temptationibus resistentes. cum igitur dudum resplenduerit in Alemannia fida fides ac per hoc formidemus ibi potius animalia venenosa, ne forte simplices ipsorum callidis
 5 seductionibus circumventi et astuti pravis circumventionibus periculose decepti in profundum deveniant peccatorum sicque violetur ibidem fidei firmamentum, nos, qui circa horam undecimam inter operarios immo verius supra operarios vinee domini sumus a patrefamilias evangelico deputati, moniti voce sponsi capere vulpes parvulas, que demoliri vineam domini moliuntur, et tacti dolore cordis intrinsecus,
 10 non valentes sustinere tantam contumeliam creatoris ac volentes tot animarum periculis obviare, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta sub divini obtestatione iudicii districte precipiendo mandantes, quatinus aliquos de fratribus vestris in lege domini eruditos, quos ad hoc idoneos esse noveritis, ad partes Alemannie transmittatis, qui clero et populo con-
 15 vocatis generalem predicationem faciant, ubi commodius viderint expedire, et adjunctis sibi discretis aliquibus ad hoc sollicitius exequendum^a diligenti perquirant sollicitudine de hereticis et etiam infamatis et, si quos culpabiles vel infamatos invenerint, nisi examinati velint absolute mandatis ecclesie obedire, procedant contra eos juxta statuta nostra contra hereticos noviter promulgata, in receptatores, defen-
 20 sores et fautores hereticorum secundum eadem statuta nichilominus processuri. si vero aliqui, heretica labe penitus abjurata, ad ecclesiasticam redire voluerint unitatem, ipsis juxta formam ecclesie beneficium absolutionis impendant et injungant eis, quod talibus consuevit injungi, attentius provisuri, ne, qui videntur reverti sub palliata specie pietatis, impietatem committant et angulus sathane in lucis angelum
 25 se transformet. propter quod statuta, que super hoc duximus promulganda, inspicere poterunt et ab eorum insidiis secundum discretionem eis traditam a domino pre-cavere. ad hec, ut super premissis omnibus officium sibi commissum liberius possint et efficacius exercere, omnibus, qui ad eorum predicationem accesserint in singulis stationibus, viginti dies, illis vero, qui ad impugnandum hereticos, fautores, rece-
 30 ptatores et defensores eorum in munitioibus et castellis vel alias contra ecclesiam rebellantes ipsis ex animo auxilium, consilium prestiterint vel favorem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi tres annos de injuncta^b sibi penitentia relaxamus. et si qui ex hiis in prosecutione hujus negotii forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde
 35 contriti ac ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. ne vero aliquid fratribus ipsis desit ad predictum negotium prosequendum, in contradictores et rebelles ecclesiasticam proferendi censuram tenore presentium liberam eis concedimus facultatem. predicatorum quoque questuarios, quorum interest caritativa tantum subsidia simpli-
 40 citer petere ac indulgentiam si quam habent exponere, a predicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, compescendi censura simili eisdem nichilominus licen-

a) *T* exequenda. b) *T* injuncta.